

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. III. Corollaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

quia esset actus supernaturalis ~~non~~ directus in finem charitatis; malum vero, quia prohibitum: ergo potest dari actus simul bonus & malus.

Respondeo negando possibiliterat hujus præcepti: tum quia non minus implicat, à DEO prohiberi actum essentialiter bonum, quam præcipi malum: tum quia sequeretur, quod DEUS esset author specialis alius actus moraliter mali; et quod nullus actus supernaturalis, adeoque nec ille prohibitus sine speciali auxilio DEI possit elici.

7. Objecies secundò. Qui dat eleemosynam ex fine vanæ gloriae, elicit actum virtutis misericordiae: sed actus virtutis misericordiae est moraliter bonus: ergo non obstante malitia derivata ex fine malo, actus tamen ex objecto est moraliter bonus. Maj. probatur: quia ille est actus virtutis misericordiae, per quam augetur habitus misericordiae, siquidem habitus augetur per proprios actus frequentatos: sed per frequentes largitiones eleemosynæ augetur habitus misericordiae: siquidem constat experientia, quod ex ejusmodi actibus frequentatis aliquis redditur facilior ad indam eleemosynam.

Respond, negando maj. & min. probationis, eji que probationem distinguo: homo ex ipsis actibus frequentatis redditur facilior negativè, in quantum videlicet removentur impedimenta ex parte subjecti remorantia largitionem eleemosynæ, concedo; positive, quasi intrinsecam confortationem & augmentum habitui tribuendo, argo.

8. Objecies tertio. Potest aliquis actus tendens in morum virtutis supernaturalis esse imperatus ex fine venialiter malo, e.g. si quis intendat suscipere Sacramentum aliquod ex fine placendi Superiori, Confessario, &c. sed in hoc casu actus est ex objecto honestus, utpote procedens ex motivo virtutis supernaturalis.

Respond, negando maj. & dico: In tali casu actum internum non esse ex motivo supernaturali, nec proinde supernaturaliter aut moraliter bonus; & ideo licet in eo, qui baptizatur aut confitetur ex fine venialiter malo, voluntas interna sufficiat ad valorem Sacramenti & consequendum ipsius effectum ex opere operari, aliunde nullum ponenti obicem: (is quippe non impedit per veniale peccatum) tamen non potest ipsi conferre ullam bonitatem & dignitatem moralis ex opere operantis.

9. Objecies quartò. Actus, quo impletur præceptum, est bonus: sed potest quis ex fine vanæ gloriae implere præceptum: ergo non obstante finis malitia, ille actus erit moraliter bonus. Maj. probatur primò: quia qui audit Sacrum præceptum ex fine vanæ gloriae, melius facit, quam qui non audit: ergo illa impletio præcepti habet aliquam bonitatem. Deinde si ille actus non esset bonus ex objecto, haberet duplum malitiam, nempe unam ex fine, alteram ex objecto: sed hoc est contra doctrinam D. Th. ergo.

Respond, distinguendo maj. Actus præceptus est bonus, vel formaliter, vel materialiter, concedo; tantum formaliter, nego. Quando enim

præcepta sunt de actibus externis, ut est audi Sacrum, ad corrum impletionem sufficit, actu esse materialiter bonum, sive ut verè ponat substantia externa & physica actus pertinet materiam virtutis præcepta. Quando autem de actibus internis, ut est credere, sperare, diligere, tunc præceptis non satistit, nisi per actus ipsorum virtutum, qui sunt formaliter honesti. Ad primam probat, nego antecedens: non enim melius, sed minus male facit, melius quippe ponit bonum, quod hic nullum est. Ad alteram probat, nego sequel. quia hic non est aliam actionem objecti, quam que ex fine, vel alia circumstantia in objectum refunditur.

S. III. Corollaria.

Inferes ex dictis primo: Intentionem finis est se bonam vitiari per malam electionem, & bona electionem ex mala intentione, quando intentione cum electione per se connectitur. Ratio utriusque partis est: Actus diffiniri prudentia est malus; sed tam intentio determinans ad electionem mali medii, quam electio boni in medii ad causandum malum finem est difformis dictaminis prudentia: ergo uterqueactus est malus.

Ratio ulterior primæ partis est: Ratio eligendi medium malum & prohibitum est mala, et enim formaliter causa per se influens in peccato: sed quando intentio finis determinat voluntatem ad electionem mali medi, tunc finis est formaliter ratio eligendi malum medium; & ideo iuxta suprà dicta bonus finis initiat ex malo objecto: ergo tunc finis est malus. Sed intentio specificatur à fine: ergo etiam intentio est mala.

Ratio quoque secundæ partis est: quia electio sumit speciem ab objecto & medio in quod determinat; sed medium ordinatum in finem pravum est malum, utpote in executione per se causa peccati: ergo etiam electio est mala. Atque quoties intentio est mala, toties electio per se conjuncta est de medio ordinato in finem malum: ergo toties electio est mala.

Dixi, quando intentio cum mala electione per se connectitur: si enim mala electio per accidens, & solùm ex eligentis malitia, bonam intentionem subsequatur, intentio, cum neque sit formaliter, neque virtutis causa illius malitia, etiam à subsequenti mala electione non vitabitur.

Inferes secundò. Ab intentione boni finis est minimi malitiam prava electione: primò: quia mala electio ex intentione boni finis est minus voluntaria in ratione malitia, quam si electio sit ne malo. Secundò: quia actus ex solo objecto malus, est minus dissentaneus recte rationi quam actus tam ex fine quam objecto malus.

fieres tertio. Si voluntas ex ardenti intentione & finis ira afficiatur, ut etiam mala media amplectenteretur, si illa occurrerent, hoc ipso intentionem esse vitiosam: quia jam fertur in finem ut consequibilem per mala media, & contra dicamentem prudentia.